IHS

N. Inv. 5475.

LIBER MAGISTRI

LIBER

MAGISTRI.

1615 – 1707

+

In Nomine Domini Nostri Jesu Chri Benedicti Amen

Petrus Tylicki Dei et Aplicæ Sedis gra Epus Cracouiensis Dux Seueriensis &c. &c.

Epus Cracouien [illegible]
Ty[illegible]

Cælestis prouidentiæ suæ placito summa veritas Saluator noster hoc inter alia Hierarchiæ Ecclesiasticæ beneficium largitus est, vt eam Religioso statui personæ addictæ diuersis præsidijs ornarent ac veluti castrorum aciem Ordinatam contra Hostiles insultus firmam redderent. Quod quidē institutum tantopere idem Saluator noster generi humano commendauit, vt peculiariter eos qui conculcatis mundi illecebris diuino obsequio se deuouent æterna felicitate coronare decreuerit, dum sæpius eis qui reliquerint omnia et ipsum secuti fuerint, æternam vitam pollicetur. Ac cum alias Religiosorum familias in Diœcesi nostra insigni diuinæ gloriæ et humanæ salutis incremento in statione sua versari recognoscamus suam quoq laudem tribuimus Ordini B. Joannis Dei qui Fratribq Religionem suam Professis, hoc singulare præscripsit officium, vt pauperum Infirmorum curam gerant, suæq vitæ prodigi aliorum saluti se operasq suas impendant. Proinde cum eius Ordinis Fratres Reuerendi Gabrielis Longi Magistri sui Generalis Voluntate in Diœcesim nostram venissent piaq hominum liberalitate in platea Sancti Joannis Ciuitatis Cracouien. domicilium suum collocassent eo loco vbi olim Domus Gnosi Valeriani Montelupi et Georgij Brodowski sita erat, illorum in nras partes aduentum diuinæ Maiestati acceptum referen. nra Ordinaria authoritate illos hic in Ciuitate Cracouien. stabiliendos duximus. Cum itaq Vnblis Franciscus Barbauara eiusdem Ordinis Religiosus per Rndmum Gabrielem longum Ordinis sui Generalem in Poloniam Vicarius missus apud nos deduxisset se legitime ad explendam Vocationis Prouinciam Ordinemq suum fundandum a Superioribq suis in nostras partes missum eundemq Ordinem suum a S. Sede Aplica confirmatum docuisset. Inprimis Deo Omnipotenti gratijs actis quod ad primaria Misericordiæ opera horum Religiosorum Ministerio facem nostratibq præferre voluerit, Eosdem Religiosis adscitis in Consortium functionis istius Viris prudentibus Visitauimus vbi cum comperissemus ipsos ad præscriptum Euangelicorum præceptorum Infirmos visitare nudos operire alijsq misericordiæ operibq incumbere ipsorum in Ciuitate Cracouien. domicilium fore perpetuum decreuimus, decernimusq per præsentes literas nostras speciali consensu ad id accedente Rndi Dni Christophori Trzecieski Archipresbiteri Cracouien. intra cuius Parochiæ limites Cœnobium siue Infirmaria illorum consistit. Porro Capellam insignitam titulo Sanctæ Vrsulæ ad idem Cœnobium et Infirmariā

1

Et Infirmariam consistentem, ipsumq; Cœnobium et Infirmariam libertati et immunitati Ecclesiasticæ adscribimus ac Beati Joannis Dei Religionis istius Fundatoris patrocinio resignamus. Bona præterea omnia et singula quæ in ius et proprietatem eius Ordinis in In Ciuitate et Diœcesi Cracouiensi venerint in ius et Hereditatem Ecclesiæ adsciscimus ac ea Jurisdictioni Ecclesiasticæ adscribimus liberam potestatem Moderatoribus Ordinis eiusdem dans honesto quouis titulo bona acquirendi ac in patrimonium Ecclesiæ et Monastery sui Infirmariæq; asserendi. Cum vero piorum huiusmodi locorum quæ Hospitalium siue Infirmariarum iure censentur iuxta præscriptum Canonicarum Sanctionum præfectura ad Episcopos spectet præsentium literarum nostrarum Suffragio edicimus vt idem Cœnobium siue Infirmaria cum Ecclesia S. Vrsulæ sibi annexa personisq; Religiosis ac quibusuis alys quocunq; ibidem nomine censeantur nostræ Ordinariæ, et qui pro tempore fuerit Epus Cracouiensis Correctioni et Visitationi subiaceant neq; fas sit illis aliquando Ordinariorum Jurisdictionem aliqua ratione declinare aut etiam subterfugere, salua nihilominus Superiorum Ordinis sui authoritate. Hæc autem nostra præsens Ecclesiæ et Cœnobij siue Infirmariæ erectio vt apud posteritatem fidem indubitatam habeat ipsam tabulis nostris publicis insinuari fecimus manuq; nostra subscriptam Sigilli nostri appensione muniri iussimus.

Actum et Datum Cracouiæ die 1ma Mensis Septembris Anno Dni Millesimo sexcentesimo Quindecimo. Præsentibus Rndis Dnis Stanislao Sulowski Thenecen., Joanne Jordan a Zakliczin Sadecen. Abbatibus, Joanne Foxio I V Doct. Archidiacono, Luca Dabski, Petro Skiedzinski, Simone Sarnowski Ecclesiæ nostræ Cathedralis Cracouien., Andrea Zagorny Varmien., Præposito Kielcen., Jacobo Janicouio I V Doctoribus Sadecen. Canonicis et Gnosis Alberto Vnmierski, Christophoro Sokolowski, Michaele Knuth, Christophoro Solecki et Blasio Rosinski Actorum Curiæ Nrio.

1615 A°

1615

Petrus Epus Cracouien. mpp

+

In Nomine Dni Amen

Petrus Tylicki Epus Cracouien. Dux Seuer. etc.

Notum sit omnibus quorum interest vel interent me condito non ita pridem testamento cum in eo ordinationem seu Voluntatis meæ de rebus et facultatibus meis dispensandis declarationem ad peculiarem a me relinquendum Indicem recepissem, cumq; confectum ac in duo redacta exemplaria alterum ad depositum Vnblis Capituli traditum, alterum quod penes me habetur reliquissem, ob mutationes tamen quasdam quæ postea interuenerunt illud in quibusdam mutare ac denuo conscribere voluisse. Quem denuo conscriptum reuocatis alys omnibus prioribus maxime valere ac loco Codicillorum haberi volo, vtq; in rebus mihi a Deo traditis dispensandis illis stetur, ab his quorum interest maiorem in modum peto, eosq; obtestor ac obligatos esse volo. Necessario autem commemorandum mihi est, quid in loco aliquo sit rerum mearum. Ac inprimis de pecunia prnti ac parata quam ex diuersis locis, in quibus asseruabatur collectam efficientemque decem septem aureorum Hungaricorum millia conieci in cistam quandam libris in speciem superne refertam in duo parua Scrinia ad latus vtrumq; eius cistæ existentia. Quæ cista Cracouiæ in custodia Nobilis Pauli Stawiski familiaris mei antea seruabatur nunc in Sacrario Arcis Cracouien. est reposita. Habeo aliam quoq; Cistam minorem quæ mecum circumducitur et sub lecto collocari solet in ea aliquid etiam pecuniæ seruatur. Est in ea inprimis sacculus paruus in quo habentur Portugalenses num̄i aurei cum crucibus Quinquaginta singuli decem aureos Hungaricos valentes. In altero in eadem Cista sacculo sunt num̄i diuersæ cusionis ad instar Portugalensium decem Duo Duo ex his valentes singuli aureos viginti Vnus aureos duodecim, Vnus nouem reliqui aureos singuli decem. In eodem etiam sacco est Massa parua auri non signati centum aureorum Hungaricorum Valoris. Item duplices aurei Nummi centum singuli duos aureos Hungaricos valentes Centum item aurei Hungarici Pro sorore Dna Skarbnikowa in vim legati de quo inferius erit perscriptum conferendi. ac Item aurei Nonaginta Sororum filiabus vti inferius quoq; patebit destinati. Torques aurea ibidem reponi solita gestatur a me cum Cruce ex ea dependente Crux cum Reliquiis multis præsantissimis Smaragdis insignita ab Illmo Dno Epo Luceoriensi mihi donata cui adaptata est chorda aurea a meq; portatur aliquando autem in cista eadem siue Scrinio ad latus eius existente reponitur. Annuli ibidem cum Zaphiris seruantur tres quartus quotidie a me [illegible] gestatur

Non reticendum mihi est me ex ea quæ priuatim ame habebatur pecunia bis mille aureos Hungaricos mutuo dedisse Illmo Dno Laurentio Gembicki Archi Episcopo Gnesnensi quos mihi Illmus Dnus ad diui Ioannis festum In Anno Millesimo Sexcentesimo Sedecimo, iam imminente dato super ea re Chyrografo restituere promisit et scripto id se certo facturum clauit. His de priuata pecunia signata [illegible]culo auro perscriptis illud quoque necessario addendum puto me ex alia etiam vndecunque colligenda pecunia aliquid expectari de quo inferius erit perscriptum. Pro dote Altaris in Capella Sanctæ Trinitatis in Ecclesia Cathedrali Arce Cracouien. vbi Corpus meum tumulabor dantur a me Vndli Caplo Cracouien. bis mille floreni, quorum nomine Census perpetuus annus centum florenorum pendatur ex quibus Centum florenis pro Capellano seu Sacerdote alendo Octuaginta et tres floreni Polonici et grossi sex qui Marcas Polonicas quinquaginta duas faciunt, cedant. Reliquum pro reparatione capellæ eiusdem ac Vestium Sacrarum, Vinoque et cera sit destinatum vti peculiari scripto ame ordinatum est. Eidem Capellano dantur a me Mille floreni Polonici vt ex Censu ratione eorum Mille florenorum prouenienti Solarium tam Prælatis ac Canonicis, quam Vicarijs anniuersariam animæ meæ memoriam acturis, secundum quod a me vel Executoribus mei testamenti ordinatum fuerit præstetur. Data item a me sunt in vim reemptionis decem Millia florenorum quæ in vsu Ministrorum et Ecclesiæ Kowalien. cedant factaque de illis peculiaris a me ordinatio. Data autem a me Gnoso Dno Ioanni Kretkowski in Vim reemptionis superque ea re obligatio a Coniuge eiusdem Dni Kretkowski Gnosæ Marthæ de Tylice est facta peculiari super fructum eiusdem pecuniæ ordinatio instituetur. Item duo Millia florenorum pro Ministris eiusdem Ecclesiæ Kowalien. Seorsim tradita sunt de illis quoque peculiaris ordinatio instituetur. In reliquum porro tempus de pecunia ex fructibus Episcopatus mei Cracouien. prouenien. illud sciendum est, me prouentus quosuis ita solere accomodare et disponere vt locationes omnes capiant initium a diui Ioannis Baptistæ festo eodemque die Anni sequentis terminentur, Primæ autem nomine earum locationum pensiones erogari incipiunt a proxime sequente circumcisionis Dni festo. Secundæ vero ac vltimæ pensiones ~~In~~ diuersis sub exitum anni locationis diebus exsoluuntur ac reliqua anni ad circumcisionis diem partim in quotidianos vsus erogantur ex bonis autem quæ nom-

Nomine meo administrantur, Integri tunc prouentus a Præfectis et Scribis repræsentantur rationesque administrationis redduntur. Ad eam igitur Normam atque modum rationes cum a præfectis atque scribis bonorum tum a Domestico bonorum meorum Dispensatore erunt exigendæ. De Argento porro facto et infecto seu rudi sciendum sigillatim vnum quodque vas siue deaurati siue albi frustaque rudis Informis in Indice siue Inuentario rerum mearum, apud pecuniæ dispensatorem existente descripta esse. Et autem eius magna pars, cum Cista tradita ad seruandum ad Sacrarium templi Arcis Cracouiensis reliquum seruatur a ministris mensæ et ab eo qui pecuniam dispensat quique rerum mearum Indicem habet in manibus suis. Quod quidem argentum de eo excepto quod legatum alicui fuerit vel vendendum erit quo maximo fieri poterit pretio vel conflandum, album præsertim et in Nummos redigendum, quæque ex eo redacta fuerit pecunia, cum alia præsenti ac parata cuius supra mentio est facta coniungatur et in legata ac vsus alios conuertatur. Vestes quoque aulea, tapetes et alia Suppellex tum Ecclesiastica ac profana in Inuentario eodem habetur exacte descripta quæ etsi a diuersis personis seu Ministris seruatur in cura tamen dispensatoris pecuniæ est posita. De dispensandis vero post obitum meum ijsdem, a quibusuis in genere facultatibus meis tam in pecunia auroque et argento ac Vestibus, quam in Horreis, granarijs, Stabulis Equorum, pecorumque ac pecudum existentibus ac bobus rebusque, a Deo omnibus ita ex permissu a Sede S. Apostolica coli Poloniæ seu Ecclesiastico in ea Ordini facultate statuo et ordinatum esse volo. Inprimis funus et satisfactio familiæ procuranda erit. Debita nollem aliqua relicta fore quod si liquida et manifesta fo aliqua (quod non spero) relicta fuerint, dissoluantur ante omnia alia legata. Funeris autem expensas quas Moderatissimas esse volo, ita vt si fieri possit ad ea quæ in vsum istum præparata a me fuerint, non nisi tria vel ad maximum quatuor Millia florenorum Polonicorum adijciantur. Post peractum autem funus familiæ Salarium Trimestre inprimis illius temporis quo me decedere contigerit, erit exsoluendum Peditibus vero vnius Mensis vltra id quod ad diem mortis illis debebitur. Vltra Salarium vero consuetum, aliquid familiaribus vel in Viaticum saltem adijciendum erit Non magnum possit esse hoc additamentum Neque enim amplas relinquo facultates quale autem esse debeat in Charta potius seu scripto peculiari annotabitur, potestate Executoribus concessa pro ratione temporis ac personarum pecuniæque relinquendæ ea quæ præscripta erunt a me moderandi et ad temporis illius quo me decedere contigerit, ac facultatum rationem accomodandi. In eam rem destinantur a me Octo vel ad Maximum Nouem Millia florenorum. De legatis illud inprimis sit constitutum me habere in animo ea quæ destinata sunt alicui per meme[illegible]

Dum vivo explere et tradere quemadmodum quidem iam tradita aliqua a me sunt Nimirum quinque Sororum filiabus Singulis Mille floreni quos prioribus codicillis illis legaueram. Idem de alijs quibusque legatis si Deus permiserit facturus. Quod si non Successerit DD. Exequutores quæ prætermissa a me fuerint, explebunt. Quæ aut in uim seu nomine legatorum ultra funeris expensas ac familiæ satisfactionem, tam in causas pias quam eas personas quibus vel obseruantia vel amor meus testificandus mihi est a me destin[illegible] et legantur. Hæc fere sunt. In Causas pias hæc Nominatim sint legata. Pro Collegio Acad. Craco Lon ac minori in quibus literarum incrementa aliqua dum consecutus, seu pro Instituendo Professore aliquo lego et assigno. Decem Millia florenorum Polonicalium si per me ipsum non fuerint tradita. Pro domo aut Studiosorum quæ Pauperum bursa communi vocabulo appellatur. in subsidium aliquod perpetuum pro alimentis comparan. duo florenorum Polonicorum Millia sint legata. Societati Patrum Jesu duo itidem florenorum Millia ex voluntate Patris Provincialis in usum eius Societatis conferenda. De Censu emendo pro Ministerio Altaris apud tumulum meum constituti iam dictum est superius Similiterque de Censu in donaria Canicis ac Vicarijs Eccles. Cracouien. Anniuersariam animæ meæ memoriam in Vigilijs ac Missarum Sacrificijs acturis comparando dictum iam est. Pro Ecclesia quoque Kowalien. decem florenorum Millia commemoratum quæ iam in vim reemptionis, Gnoso Dno Joanni Kretkowski et eius Coniugi sunt tradita et alijs in bonis Pruska Laska in Prussia inscripta. Eius autem pecuniæ et proventus commissa est cura et potestas in perpetuum Vbli Capitulo Contractus breui inibitur. Ecclesijs item Wladislauien. Varmien. Culmen. apud quas munere functus sum Epi et Gnesnen. apud quam egi Præpositum Singulis quingentos florenos dari volo. Ab earum vero Ecclesiarum communitatibus peto ut Anniuersarias preces ad Dnum pro me fundant, Ecclesijs Posnanien. Præmislien. et Lancicien. Miechouien. Singulis Trecentos lego florenos Malogoszcen. vero ac Strozycen. quarum egi Parochum Singulis ducentos florenos Patribus Bernardinis quingentos florenos Hospitalibus bis mille florenos Hoc est ipsius Civitatis Cracouien. Mille Oppidorum vero Epalium alios mille ex Arbitrio DD. Exequutorum dispensandos. Post exitum etiam ipsum animæ meæ e corpore rogo et ut ita fiat ordino. Mille floreni distribuantur in Ecclesias et Sacerdotes qui apud illas fuerint tam in eo loco ubi me decedere contigerit quem etiam Cra

couiæ

Collegium

Cracouiæ ubi corpus meum tumulabitur idque Eleemosinæ loco. Ab ijsdem vero Sacerdotibus petendum ut pro Misericordia animæ meæ imploranda S. Missæ Sacrificia celebrent et obeant. In pauperes etiam qui in Lugubri vestitu cum cereis funus meum comitabuntur ex pecunia pro funere assignata, similiterque Sacerdotum Collegijs ac Processionibus more consueto Eleemosina erit largienda. Prælatis autem et Canonicis Ecclesiæ Cathedralis Singulis qui corpus meum deducent, aurei tres tribuantur. His ita in præsentia constitutis S.M.R. Dno meo benignis actis pro ipsius in me beneficijs maximis gratijs gratitudinis exiguam Xeniolam Portugalenses Quinquaginta cum Crucibus lego et assigno, Ignoscat sua Mtas si ex fonte animo non copiosa profluat Vna addo Crucem puri argenti tria frusta Sermæ item Reginæ lego duos Maiores portugalenses Nummos Viginti Singulos aureos valentes ~~decem~~ et octo minores Singulos valentes decem aureos ac tria itidem argenti frusta. Venio ad Exequutores Illmum Dnum Epum prius Wladislauien.: Nunc autem Archi Epum Gnesnen. Laurentium Gembicki etsi locorum spatio dissitum, amore tn et benevolentia valde coniunctum Executorem testamenti uti in Instrumento super ea re confecto habetur nominaui et constitui Et Equos seiuges qui tum Optimi in stabulo meo fuerint et Viginti quatuor Vasa argentea deaurata pro reponendis Secundis mensis servientia. Tacze in Vulgari appellantur lego et assigno, Vasculum itidem argenteum pro fundendis odoribus et duo tubalia præcipua, ac si ipsi funeri meo adesse (quod in ipsius relinquitur arbitrio) Voluerit pro Viatico quingentos florenos Polonicos. Ab Illmo Dno Palatino Cracouien. Nicolao Zebrzydowski in testamenti instrumento petij et nunc peto ut cum in locis fere ijsdem mecum versetur, vel saltem non remotis Patrocinium suum ea qua me semper prosequutus est benevolentia ad exequendum meum testamentum accommodet, difficultatesque et dissensiones quæ interdum post mortem accidere solent autoritate sua sedet et compescat Illi autem in Signum meæ erga illum benevolentiæ Xeniolla assigno exigua Mille nimirum aureos Hungaricos et pelvim in parte deauratam in qua tria animalia depicta sunt cum fundibulo ad eam pertinente Vasque Argenteum ad Cibos calefaciendos. Cæterum cum Mortuo Fratre ac eius filio Adamo qui Exequutores erant mihi relinquendi, Affinibus autem qui Fratris filias habent in Matrimonio in locis a me remotioribus habitantibus aliquis ti a Propinquis qui rerum mearum cum alijs Exequutoribus curam gerat deligendus mihi esset Eum potissimum deligendum esse putavi qui in locis a me non valde remotis plerumque habitat Nimirum Gnosum Dnum Andream Kretkowski ei ob laborem suscipien

+

Illud inprimis tributum esse volo, ut quidquid nomen locionis bonorum Radlouien[sium] pro tempore quo mortuꝫ fuero rõne debebit illud totum illi condonatum sit. Addo aureos quingentos Hungaricos et Cochlearia duodecem tota deaurata, cum totidem furcilis totidem deauratis cuiq etiam fratri Scrinia duo, maius corio contectum et minꝫ in quibꝫ literę seruantur commissa esse volo, ut quę visę illi fuerint ex illis apud eum habeantur alię comburantur Idem de alÿs quoq literis ubicunq locorum fuerint fiant. Alÿs porro Exequutoribꝫ Ecclÿs in testamenti instrumento nominatis Singulis centenos aureos Hungaricos, Vasa Vini Singula potioribꝫ pro funere reseruatis lego et assigno Addo priori Ordine pelvim deauratam totam adinstar Naviculę, qua in sacris utor cum fundibulo et Annulum cum Zaphiro minimum cum quo ad Epatum Culmensem consecratus fui. Secundo Ordine pelvim itidem in parte deauratam, qua in lotionibꝫ quotidianis ad mensam utor cum fundibulo loco vero Annuli aureos Viginti, Tertio Cantarum in parte deauratum cum poculo et eius operculo intus deaurato quo aliquando in potu Cerevisię utor et duo salina deaurata tota. Quarto Cantarum album non deauratum et duo pocula argentea alba cum paucula quadam deauraõne in parte nota a Varmiensibꝫ Civibꝫ olim mihi donata ac Tertium poculum paruum totum deauratum pro sumendis Medicamentorum potionibꝫ comparatum, Post Exequutores Propinquorum quoq raõ habenda non immerito mihi est, Sorori Agneti etsi in eius Sustentationem bonis quibusdam ad eiꝫ vitam opera mea sit prospectum, testificandę nihilominus meę erga illam Voluntatis et fraterni amoris causa lego illi aureos de quibꝫ superius mentio facta est Centum, Cantarum deauratum totum alÿs deauratis minorem Salinum in parte deauratum quod in mensa mea ponitur. Parua pocula quę Kostruchaniki vocantur tria cum duobꝫ Operculis Candelabra argentea duo Vestem quę in Vulgari Czamara vocatur potiorem pellibꝫ Sobellinis Suffultam. Fratris Iacobi Filiabꝫ postquam Pater ac Frater earum decessisset debebitur ex Regni istiꝫ legibus ac Summorum Pontificum Indulto Annus gratię ex bonis Epatus. Addita autem illis esse volo sive ex pecunia parata sive ex argento meo iusta ipsiꝫ ęstimatione quanti illo tempore vendi possit Interueniente duodecem florenorum Polonicorum Millia hosce Singulis earum (quatuor autem sunt in statu sęculari) tria florenorum Millia quę si aliqua forte decesserit Successoribꝫ etiam legitimis debebuntur. Quod si Mariti earum illa recipere tanquam earum tutores

+

Tutores voluerint non aliter ab Exequutoribꝫ reddantur quam si ad dotem prius acceptam illa adscripserint. Priuatim etiam earum Singulis in usum peculiarem centeni dentur aurei Quintę autem Dorotheę Monasticam Professę quę ad Superiora duodecem Millium legata non pertinebit assignantur Centum duplices aurei Nummi ducentos simplices Hungaricos valen[tes]. Ab Optima autem et Religiosissima Dnã Abbatissa Culmen[sis] Monasterÿ in quo ipsa degit peto ut proprÿs eiusdem Virginis Dorotheę non autem communibꝫ Monasterÿ usibꝫ legatum istud seruiat. Virgo autem ista in Orationibꝫ suis non sit immemor mei et animę meę. Ventoriolum rubrum damasceni panni datum iam est Dominę Thomicka aut Dni Ioannis Kretkowski Coniugi. Nouum autem nuper comparatum damasceni itidem panni assignatur Gnosę Dnę Andreę Kretkowski Coniugi Reliqua quę esse poterint, aliquo usui Dnę Sernicka, Filio Gnosi Dni Andreę Kretkowski et Nepoti ex Fratre meo Stanislao lego torquem auream ex ea dependentem in qua exigua est quędam ex ligno Crucis Dnicę portiuncula ac Sanctorum quorundam reliquię a meq quoti deferebatur, In Veneratione igitur sit apud eum, nunquam ad profanos usꝫ conuertenda. Eidem Mille aureos In Sumptum continuandorum apud exteros Studiorum assignatos esse volo. Atramentarium item argenteum quo ipse utor ac Scrinium paruum ex hebano ab Adamo dum e Regionibꝫ exteris rediisset mihi aduectum Libros quoq meos omnes profanos Theologicis pro Kowalien[si] Ecclesia exceptis Sororum Filiarum Singulis Mille florenos Polonicos in vim seu raõne legati uti in prioribꝫ Codicillis fuit annotatum in pecunia pręsenti et parata tradidi. Filÿs autem Sororum earundem subuentum utcunq fuit a me pro comparandis bonis in usum ipsorum. Nihilominus ut alterius etiam meę erga easdem Sorores liberos beneuolentię argumentum extet, post decessum meum Singulis illorum lego et assigno tam filio quam filiabus florenos Polonicos quingentos. Rndo inprimis Dno Ioanni Ruski Canco Varmien[si] eiusq Pntbꝫ ac Petro Zbiewski et Ioanni Wolski Sororibusq eorum, Ex vestibꝫ item meis has nominatim illis lego et Assigno Gnosę Dnę Agneti Sosicka Sorori iam annotatum superius est, me Vestem pellibꝫ Sobellinis Subductam quę coiter Czamara vocatur alÿs potiorem assignauisse et legauisse. Quod si magis illi placuerit alia vestis Sobellinis itidem ~~vestibꝫ~~ pellibꝫ suffulta quę Sutanna vocatur sit in illius arbitrio quam voluerit eligere. Ista vero ei assignata cedat Dnę Klonowska Tertia Czamara similiter appellata Dnę Sczawinska. Reliquis Sororum filiabꝫ cum ex vestibꝫ vix idoneum quidquam assignari possit loco Vestium Triginta Singulis aurei dentur qui in eum usum in saccum ubi sunt Portugalenses diuersę Cusionis coniecta habebuntur. Porro

Porro Filijs ac inprimis Dno Canco Varmien. Vestis Panterina maior detur Stanislao eius Fratri panterina itidem interior quae Sutanna Vocatur. Mattheo autem Panterina quoq; qua in itinere superiore vtor. Duobus alijs Sororum filijs non est quod ex Vestibus assignem illiq; caeteris magis adiuti a me fuerunt. Ac vt de reliquis etiam Vestibus vno eodemq; tenore Voluntatem meam aperiam et explicem Puero Camerae Gasiorowski ac propinquo meo eam assigno simulq; interiorem ex Cambeloto Violaceo longiorem Mardurinis pellibus suffultam, Nec non Vestem Panni damasceni Muribus ponticis (popielice in Vulgari vocantur) subductam et tegumentum Capitis dictum Kaptur pellibus Sobellinis subductum et maneicam similibus pellibus subductam assignatam esse volo. Reliquae omnes Vestes partim in propinquas cognatas ex arbitrio Vel Sororis si fuerit Superstes vel maioris natu Fris Filiae distribuatur, partim in pueros Camerae partim in egentes Sacerdotes vel Mendicos ex Arbitrio DD. Exequutorum. Indusia linea lectiq; Suppellex Culcitrae quibus cooperior et Viridis qua lectus operitur ac reliqua Camerae Villior Suppellex in pueros Camerae distribuatur Prima autem ac caeteris potior Vestis nigra lanea Sobellinis pellibus suffulta in ptate sit Affinium siue illam alicui e numero suo dare siue in alium vsum conferre voluerint. Redeo ad propinquorum aliorum legata Dno Ioanni Welicki in dotem filiabus lego sexcentos florenos Totidem Sexcentos nimirum florenos Dno Martino Bilinski pro dote similiter filiarum. Quadringentos florenos liberis defuncti Dni Georgij Bilinski Trecentos filiae Dnae Garbowska nisi eos ipse tradidero. Similiterq; filiae Dnae Grobska quae est apud Sororem meam Dnam Socieka. Post propinquos amicorum quorundam non debeo esse immemor non quod illi aliquo a me indigeant sed vt testata sit, in Vltimo etiam vitae fine Mea erga illos Voluntas et beneuolentia. Itaq; Illmo Dno Epo Ploceň. Martino Szyszkowski lego Annulum meum cum Zaphiro vnum ex tribus Maioribus qui non legatus alteri fuit cuipiam velqm. Exequutores esse illi dandum iudicauerint, additum illi esse volo Instrumentum seu poculum adinstar parui acheni Coloris Smaragdini Catenula inaurata circumductum ab Illmo olim Carolo Maciciowio mihi donatum eius gre et patrocinio Neptim ex Fre meam in Matrimonio Gnosi Dni Ioannis Zernicki eius propinqui existentem commendo Illmo Dno Palatino Kiouiensi Stanislao de Zolkiew peluim deaurati antea illi legatâ cum Vrceolo seu fundibulo ad eam pertinente ipse eidem viuus tradidi

Illustri

Illustri Dno Andreae Przyiemski Castelano Gnesnensi lego poculum ex Argento meo seu pateram totam deauratam quae decem Marcas Argenti continet et duo ex Matrice gemmarum pocula argentea deaurata. Erunt fortasse alij etiam quibus aliqua notula Studij et beneuolentiae sit demonstranda de his agetur inferius vel in Scripto peculiari. Legatis Assignatis et perscriptis. De Suppellectili rebusq; meis secundum speciem genusq; earum Mens et voluntas mea aperienda mihi est. Ac inprimis de Suppellectili Sacra Pluuiale album aureis intertextum floribus Cassula tota ex argenteo filo seu altembasso dalmaticae duae albae pro Ministrantibus Antependium album ex argenteis filis et quicquid ad Epi Sacrum Ornatum seu indumenta pertinebit maneat in Eccla Cracouien. Tegumenta item Sedilium Gremialia Pontificale tribus distinctum libris Missale praestantius aliaq; eiusmodi ad vsum Epi spectantia eodem pertineant, Mitra tamen seu Infula Epalis ab Abbatissa Culmensi mihi olim donata et Vasculum deauratum argenteum pro aqua aspersoria portanda Ecclae in Culm cedat. Pluuiale autem totum album quo communiter vtor Cassulae quibus ipse consueui vti Ecclae Sint Nouaalien. Capellanis ex his quibus ipsi vtuntur Singulis Singulae Cassulae dentur. libros quoq; ad Sacra pertinentes vt pote Missale aliud, Agenda Breuiaria, et id genus alia ipsi retineant, Calix deauratus cum patena deaurata cum ampulis deauratis ad altare in Capella in qua Corpus meum humatum erit tradantur Bursae duae praestantiores cum Corporalibus et quatuor Calicum tegumentis Romae comparatis in Eccla Cracouien. remaneant Tres item Bursae cum tribus Corporalibus ac Vellis pro Calicibus Capellae Ssmae Trinitatis Reliquae omnes bursae cum suis pertinentijs Nouaalien. Ecclae cedant. Eidem Turibulum argenteum cum Vase in quo Thus seruatur argenteo et Vasculo altero pro oblatis sint assignata Alia Ecclesiastica Suppellex arbitrio DD. Exequutorum in Ecclam ipsam Cathedral. et Capel. Ss. Triñit: aliasq; Ecclesias distribuatur Aulea maiora sunt bina vnum idemq; argumentum continentia historiam nimirum Alexandri magni ex ijs quae potiora et non adeo attrita fuerint Ecclae Cat: Crac. cum alijs viridis coloris panni Damasceni cedant et tribuantur. Reliqua maxe vo lanea Domus in Tilice eorumq; bonorum Possessori Filiae Dni Iacobi Filicki Fris sint assignata Si quae praeterea alia fuerint et vsui aliquo esse possint, in Ecclas in quas DD. Exequutoribus visum fuerit distribuantur. Bernardinorum si ita res tulerit raone habita Portarum duo praestantiora operimenta quae porticae appellantur Ecclae Cracouien. cedant, Reliqua Arbitrio DD. Exequutorum distribuantur Tapetes Persici maiores rubri pro iore parte coloris tres qui longissimi fuerint, Cracouien. dentur Ecclae ad Conuestienda Sedilia in praesbiterio in quibus Canoci aliquando Sedere consueuerunt.

Virides item ex parte maiori duo Tapetes Polonicæ Texturæ ad gradus altaris convestiendos. Duo autem Tapetes maiores Persici Collegio Maiori Cracovien. dari debent. Minores alij Tapetes cuiuscunq; fuerint generis ex parte vna Sororum liberis ex parte altera Servitoribus vti Exequutoribus visum fuerit ex parte aliqua ad Ecclesias si copia eorum permittat tradantur: Nominatim autem Ecclæ Varmien. decem Violacei coloris cum columnis effictis et quatuor rubri coloris cum Columnis similibus. Octo vero albi coloris Bernardinis quatuor ad Sctam Catharinam tradantur. Sex item Viridis maiore ex parte coloris cum columnis Ecclæ Culmensi cedant. Tubalia vt vocant præstantiora duo Illmo Episcopo prius Vladislavien. nunc Archiepo Gnesnen. vti iam dictum est tradantur. Tria ad Capellã vbi corpus meum erit tumulatum. Reliqua ad Ecclesias Cathed: et alias vti DD. Exequutores pro Conscientia sua iudicaverint, distributa sint. Mappæ pro contegendis altaribus duæ selectiores in Ecclesia Cathed: maneant. Reliquæ partim ad capellam vbi corpus meum erit conditum partim ad Kovalien. Ecclam dentur. alia Eccla Suppellex arbitrio DD. Exequutorum distribuatur. De libris illud sit constitutum qui Vladislaviæ relicti erat a me. Postea vero ad Kovalien. sunt translati qui Theologici fuerint in Eadē Eccla Kovalien. in Patronorum Ecclæ potestate maneant, illisq; alij etiam omnes Theologici qui sunt penes me adiungantur. Libri autem isti magna ex parte donati fuerint a Gnoso Dno Alberto Kuczborski qui nunc est Vexilifer Dobrinen. inquibus sunt aliqua Doctorum Ecclæ plures tamen Neoterici. Eorum tamen nomine Dno Kuczborski Triginta aureos Hungaricos dari volo. Maneant autem Theologici præsertim in Eccla vti dictum est Kovalien. Qui vero Hæretici inter illos fuerint exurantur quod peculiariter Dno Lukomski sit commissum. ex reliquis autem meis libris D. Augustini opera ab Adm. Rndo Dno Abbate Czeminensi Hieronimo Ossolinski mihi donata eidem redonari volo. Historiam Baronij duodecim Voluminibq comprehensam peculiariter Rndo Dno Alberto Wielicki Cnco Crac. legatum esse volo. Alios omnes libros prophanos maxime Philosophicos Historicos, Grammaticos, seu in humanioribq lris ac in iuris quoq; lego et assigno filio Dni Kretkowski Suco. De Equis ita statuo primarij Seiuges vti iam dictum est Illmo Dno Epo Gnesnen. cedant. alii porro equi in duas partes dividantur dimidium eorum distribuatur in familiares ac Servitores et Cubicularios pro arbitrio et iudicio DD. Exequutorum aliud dimidium cedat tribq affinibus. Dno Thomicki Dno Zernicki ac Dno Joanni Kretkowski Pallatinidi Bresten. Dnq autem Andreas Kretkowski quartus affinis habebit gregem Equarum cum eodem fetu e Wawrzyncys, sunt Bodzantini aliquæ Equæ Senectæ plane et vix alicui possunt esse vsui. Eas si quod vsum in Officina ferraria præstare valeant Dnq Zernicki habeat. Currus quo vtor in ptate sit Affinium vti cui voluerit cedent.

Stabuli Suppellex cedat Stabuli Mgro. Similiter Suppellex Culinæ Mgro ex parte dimidia reliquum Affinibq. Stannea tn Suppellex tota Dnis Wielicyj Alberto Cnco Cracovien. Q. et Felici Custodi Kielcen. cedat. Pecora et pecudes omnes in prædijs Epatus pro Successore seu Successoribq Epis remaneant exceptis tn bonis Radlovien. in quibq edd. Inventarium in accipienda Epatus possessione confectum pecora remaneant quod accrevit vel comparatum a me fuit, conductori eorum bonorum Dno Andreæ Kretkowski cedat. Similiter in bonis [illegible] fieri volo et quod accrevit, ad Dnum Zbyrewski pertineat. In alijs bonis Conductores plerunq; propria pecora habent, illa tolendi pro se ptas illis esto. Quæ autem vel accreverunt, vel vndecunq; accesserunt, cum omnibq his quæ cum Epatu mihi tradita et relicta fuere ad Successorem pertinent, si interversum aliquid ex illis fuerit ab eo qui causam interveniendi dederit illud requiratur. Metalla eruta e Visceribq terræ ac in superficie existentia quæ ad me ratione decimæ vel in ceris fodinis septimæ partis pertinere debebunt, Sint in ptate DD. Exequutorum fructus octavæ et decimæ partis Præfectus Montani negotij Dnis Exequutoribq ratione suæ administrationis reddere tenebitur. Similiter Præfecti ac Scribæ bonorum sibi commissorum de argento sive in Vasis quibuscunq; existente sive crudo et informi dictum et annotatum est superius illud nimirum divenditum vel in Nummos redactum ad reliquam pecuniam adiungendum esse indeq; legata et ea quæ præscripta sunt expedienda. Quidquid etiam vel ex Metallis conflatis vel frumentis remanentibq bobq q; pro mensa comparatis ac alijs id genq rebq distractis et divenditis colligi poterit, simul coniungatur et in eum vsum vti a me constitutum est conferatur. Quod si omnis mea substantia exacte et diligenter collecta expeditisq; quæ expedienda erant, aliquid remanserit, eius pars dimidia cedat, et erogetur in pauperes et egentes et in hospitalia maxime vero in Hspitale Bonifratellorum in quo infirmi curant. Altera pars dimidia in propinquos egentiores Sororumq; posteritatem quod in potestate sit vel Sororis Germanæ meæ Dnæ Skarbnikowa vel si ea interea decesserit, Natu maioris frīs filiæ. Vice autem versa si ad explicanda ea quæ hic descripta sunt, pecunia relicta ac vndecunq; collecta non sufecerint DD. Executores servata indetrahendo ex legatis proportione ad æqualitatem rem perducent, ad mentem Testatoris sese quam maxime accommodando. De omnibq autem legatis illud intelligi et pro constituto haberi volo. Vt quæ externis sunt legata non nisi ijs personis legata esse censeantur quæ nominatim in Codicillis sunt expressæ Successu in ijs locum non habeat hoc est in persona quibq legata nominatim serviunt ante obitus mei diem ex hac vita decesserint, Successores eorum legata repetendi ius et potestatem non habeant, sed legata ista ad reliquæ substantiæ in vnam summam colligendæ adiungantur. Quæ vero Ecclijs et in pios vsus ea immota permaneant, illisq; quibq assignata sunt, sine recusatione quavis dabantur eodem modo quæ propinquis ac consanguineis sunt legata ea ad successores quoq; transeant; Hoc etiam peculiariter e

bene esse

+

Hoc etiam peculiariter cautum esse volo si qui e propinquis maxime sororum liberis cumque Successoribus adesse ipsi ad legata accipienda non poterint accipiendi ea quae illis sunt assignata ac remittendi ad eos habeant potestatem Gnosus Dnus Andreas Kretkowski vel aliquo illorum absente duo alij quorum recognitiones de legatis ijsdem acceptis ita valere debent ac si coram essent ad quos legata pertinebant. Neque enim ut sunt, ita testamenti executionem deferri nolo Minutiora ex bonis, ac suppellectili mea quorum nulla hic facta est mentio DD. Execqutorum dispositioni sint subiecta ex Minutioribus autem istis rebus sellae duae praestantiores ad Sacristiam Ecclesiae Cracovien, dentur duae subsequentes ad Collegium maius Quatuor item ad Domum in Tylicze Reliquae in voluntate sint DD. Execqutorum finem iam Scripturae ac Ordinationi huic seu Codicillis facio in quibus si quid sit obmissum si quid variatum si ordo non servatus si Charta aut literae mutata siquid erratum vel correctum, nequid horum aut aliorum defectuum illis obsit, cautum diligenter esse volo. Mutandi quoque quae videbuntur potestatem mihi quoad vita superstes erit pro iure et consuetudine in Testamentis servari solita non praecludo. Immo cum multas tempus ipsum mutationes afferre consueverit ac pleraque etiam uti ab initio sum contestatus per me ipsum explere quae descripta hic sunt statuerim charta aliqua huic Scripturae in rem complementi erit mihi adiungenda in qua mutationes quae acciderint et quae per me ipsum erunt completa ac ulterior voluntatis meae declaratio annotabitur maxime vero in ea Scriptura quae erit penes me Quod si obmissum fuerit accommodabunt sese DD. Execqutores per omnia ad praesens scriptum ac Codicillos si vero novi aliquid intervenerit ad aequitatem ipsam Ille vero a quo omne datum optimum et qui misericordiarum est Pr et quae ordinata a me sunt dirigat et moderetur iuxta beneplacitum voluntatis suae et Spiritum meum cum ex hoc corporis ergastulo exiverit sua infinita bonitate complectatur in consortiumque beatorum Spirituum admittat cui sit honor et gloria in saecula saeculorum Amen Scripta sunt haec seu potius determinata Cracoviae die 20 Mensis Junij Anno Dni 1616

Quaedam Codicillis ultimae voluntatis meae iam olim confectis subscriptis et obsignatis addenda partim mutanda et declaranda ex ratione temporis data est occasio Et primo quo ad pro Eccla Kowalien, cuius mentio facta est in Codicillis attinet villa Ruska Laka in vim reemptionis seu na Wyderkaff decem Millium florenorum Polonicalium summa empta est ex qua villa Dnus Joannes Kretkowski Palatinides Bresten, per modum Arendae singulis annis pendere tenetur florenos Pol. quingentos et haec pecunia nempe floreni quingenti singulis annis provenientes distribuentur secundum Ordinationem a me praescriptam nempe ducenti floreni pro concionatore Centum floreni

+

Pro Mansionarijs seu Sacerdotibus cursum B.M.V. in dicta Eccla cantaturis Centum vero pro Magro et Ministeris Eccle Scholae deinde quinquaginta floreni pro fabrica et necessarijs rebus eiusdem Eccles et quinquaginta Provisori seu curam habenti illius proventus qui per Vnble Captum Vladislavien, ex gremio Capli erit eligendus. Secundo quoniam legata indent Summa Novem decem Millium Hungaricorum quam ad ea quae ordinata sunt destinavi argentum factum et in Massa infectum in pecuniam redigendum et id quod desideratur supplendum erit prout superius annotatum est Tertio in Codicillis annotatum est, in parata pecunia sexdecem Millia aureorum esse in deposito sed postea ad praedictam summam adiecti sunt aurei mille Unde decem septem Millia aureorum efficiunt Summam Quarto dedi mutuo Illmo Dno Laurentio Gembicki Moderno Archiepo Gnesnen, aureorum duo Millia eius Summae Solutio ex Obligatione data pro festo S. Joannis Baptistae debetur quae duo millia ad supra nominatam summam septem decem millium aureorum adiecta Efficiunt florenos Polonicales quadraginta quatuor millia trecentos triginta et grossos decem. Quinto Crucem auream parvam sine torque cum certis reliquijs Sanctorum quam in codicillis assignaveram Religiosae Virgini Dorotheae Tylicka donavi Illgrici Dni Palatini Russiae Uxori Sexto ad aliam Crucem parvam cum Reliquijs Ss. Smaragdinis lapillis ornatam adaptata est Chorda valoris plus minus aureorum Viginti 5 Septimo S. R. Mti ad Allegatam Assignata quinquaginta aureorum Portugaliensium Singulis decem aureos continentium additum argenti infecti Marc. Triginta plus vel minus; Deinde Serenae Reginae assignantur duo Portugalenses Singuli Valoris Viginti aureorum et alij octo ad instar Portugalensium diversae Cusionis Singuli continentes aureos Hungaricales decem tum et argenti infecti Mar. Triginta Filijs vero S. R. Mtis postea aliquid in Ordine assignabitur Civi Cracovien, Polner vel potius filijs eius et filiabus ex prima uxore Sophia Sorore olim Simonis dicti Lugowski procreatis cuius Simonis post obitum ex donatione S. M. R. iure caduco summam quandam pecuniarum acceperam nunc in consolationem eorundem do et dono in aequalem divisionem florenos Polonicos Trecentos. Pro Hospli in oppido Kowale circa Ecclam Parochi- ibidem existen, duo Millia floren, Polonicalium in censum perpetuum remptionalem seu na Wyderkaff do et assigno ita ut centum floreni Polonicales inde singulis annis provenientes serviant pro Victu et amictu seu necessitatibus pauperum in dicto Hospli degentibus. Quod Vnble Captum Vladislavien, per suum Provisorem quem de medio et gremio Caplari eliget prout superius annotatum est in sua cura et admissione habebit. Tria Millia florenorum debentur mihi ex inscriptione per Gnosam Martham Kretkowska filiam olim Fris mei Jacobi Tylicki cum suo Marito Gnoso Joanne Kretkowski facta et ex summa Viginti Millium floren, in bonis Mgow Illgrici Dni Mielinski Capellani Camenecen, obligata et iure Successionis pro sua sorte ad eos pertinente Quam Summam eidem Marthae Kretkowska trium Millium florenorum dono et assigno et de inscriptione praenominata ad acta Castrensia Cracovien, per modum quietationis recognitionem facere volo. Duo Candelabra argentea ad Capellam ubi deponetur et tumulabitur corpus meum do et assigno

Crucem de ligno hebani de qua imago Salvatoris Crucifixi argentea pendet ad vsum camerę comparata ad Ornatum et vsum Altaris in eadem capella assigno.

Notandum nonnulla interea legata Rmum per semetipsum explevisse: Nimirum dedit et numeravit ex integro Professoribus ioris Collegij Vniversitat. Cracovien. duodecem Millia florenorum polonicorum duo M. pro domo seu bursa Pauperum in augenda censu ex ea pecunia comparando Studiosis in ea manentibus alimenta. Decem vero Millia in emenda bona stabilia in perpetuum pro instituendo Professore Eloquentię seu humaniorum literarum qua de re data e Sua Rma D. recognitio seu diploma a Professoribus Collegij eiusdem a Sua Rdma Dno apud Vnble Capli depositum. Dedit item et numeravit Sua Rdma Dnatio Vnbli Caplo Ecclę suę Cracovien. tria Polonicorum florenorum Millia Capitulum vero ratione mille florenorum obligavit, sese quotannis censo noe quinquaginta florenos Polonicos depensurum ex quibus quinquaginta florenis Vicarij Ecclesię Cracovien. quindecem floreni Polonici quotannis cedent in eos distribuendi Triginta quinque vero in Prelatos et Canonicos psentes Illi vero anniversariam in Vigilijs et Ss. Missę Sacrificio memoriam animę meę ipsi obibunt, Pono ratione duorum Millium pendet census anni nomine comparatum seu commemoratum Capitulum pro Capellano seu Sacerdote, Altari in Capellę Ss. Trinit. ad tumulum suę Dationis existenti deservit Co florenos ex quibus Capellanus percipiet quinquaginta duas Marcas Polonicas reliquum in usus capellę et Sacrorum erogandum et fabricę cum opus fuerit reservandum erit Obligatio super pręmissis Capli extat in actis Consistorij Nihilominus vtriusque rei voluit Rdmus Dnus Epus in Codicillis quoque suis mentionem fieri

Pro Cœmeterio circa Ecclam Cathedral. Cracovien. ex lapide sectum vulgo quadrat, et portis lapideis a fundamentis erigendis duo Millia et quingentos florenos do et assigno

Pro pictura eiusdem Ecclę Cathedralis de qua contractus factus est et opus inchoatum florenique Ducenti dati et numerati sunt adhuc reliquum floreni mille dentur

Pro reparatione fenestrarum in eadem Eccla floreni ducenti Statua argentea S. Petri ad instar statuę S. Pauli qm bonę memorię Rdmus Dnus Maciejowski Romę fieri curavit argenti infecti assignatę Marcę Septuaginta

Apparamenta certa Capellę Ssmę Trinitati ad altare per me fundatum servientia comparavi

NB. Pro Hospitali in platea S. Ioannis Cracovię ubi Bonifratelli vulgo dicti ęgrotis inserviunt curamque eorum habent do et assigno florenorum Novem Millia pro Censu reemptionali seu na Wyderkaff in bonis Turzno obligata: Pręinserta legata ex Mandato Illmi adscripta

Ego quoque Blasius Rosinski Notarius Publicus suprascripti subscripsi

Idem qui supra mpp

Vniversis et Singulis cuiuscunque status Gradus Conditionis seu dignitatis fuerint pręsentium notitiam habituris Pręmissa Studiorum et Officiorum nostrorum Commendatione notum testamurque Famatus Proconsul et Consules Regię Civitatis Torunen. comparuisse coram nobis et offo nostro Honoratos ac Iuratos Iudicem et Scabinos Iudicij Veteris Civitatis Torunen. Offerentes inscriptionem ex libris ipsorum depromptam cuius uti de Verbo ad Verbum Sequitur Tenor

Actum in Iudicio opportuno die 17
Mensis Ianuarij Anno 1617

In R. Lubomirski Canc.

Comparens personaliter coram actis psentibus Iudicij Scabinalis Veteris Civitatis Torunen. opportune banniti Rdus Andreas Lubomierski Cracovien. Vladislavien. Canonicus ibidem infrascriptionem ex Actis Castren. Cracovien. desumptam, authentice in medium protulit, quam ad eundem postulata Iudicium in acta psentis Iudicij referri eiusque copiam sub sigillo huius Civitatis sibi fieri de iure permisit. Eiusque tenoris uti ad Verbum sequitur talis. Comparentes personaliter coram Offo et Actis pręsentibus Castren. Capitan. Cracovien. Gnosus Andreas Kretkowski Nomine Gnosę Hedwigis Tylicka Consortis suę legitimę Georgius Tomicki de Thomicze Nomine et Gnosę Zophię Tylicka consortis suę legitimę tum Ioannes Kretkowski Palatinides Bresten. noe quoque Gnosę Marthę Tylicka Coniugis suę legitimę Filiarum olim Gnosi Iacobi Tylicki Successorum legitimorum olim Illmi et Rdmi Dni Petri Tylicki Epi Cracovien. et Ducis Severien. pro quarum ratihabitione cavent ac se psentes inscribunt, recedendo a terrenis districtibus Iuribusque Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competen. se vero cum Successoribus ac bonis suis dictis Iurisdictioni pręsenti Castren. Capitan. Cracovien. quo ad pręsentem actum spectat totaliter et plenarie incorporantes et subijcien. palam libere et per expressum recognoverunt, et quilibet eorum suo pro interesse seorsim recognovit, Quia ipsi de omni et integro iure Consortium suarum suprascriptarum, Dotis et de Inscriptione coram Iudicio Scabinali Veteris Civitatis Torunen. opportune bannito per Gnosam Martham de Tylicze Consortem suprascripti Gnosi Ioannis Kretkowski olim dicto Illmo et Rdmo Petro Tylicki Epo Cracovien. Patruo suo super medietatem Villę Turzno in Palatinatu Culmen. modo venditorio in vim iuris reemptionis pro summa Novem Millium florenorum pecunię Polonicę factę latius de pręmissis in suo tenore testan. cum omnibus eiusdem inscriptionis reemptionalis venditorię punctis Clausulis Articulis, Conditionibus Vadio vel vadijs tuitione, emendatione et pacificatione ligaminque universis in eadem Inscriptione expressis, nec non et de summa suprascripta in ipsa inscriptione expressa bonisque suprascriptis pro eadem summa venditis cum toto pręmissorum omni iure, Dominio proprietate, hereditate titulisque omnibusque et singulis eorum bonorum fructibus, Proventibus, redditibus Vtilitatibus attinen. et pertinen. Vniversis nullis penitus exceptis, nec pro eisdem consortibus suis seu

Seu alio quopiam reservatis sed omnibus in genere et Singulis in specie comprehensis
Juri per spem et e Contra non derogan verum ita longe late, circumferen aliisq
prout pfatorum bonorum hereditas, se in Suis metis et limitibꝰ extendit, et prout eade
bona Commissaiis omnia easdem Consortes suas concernebant ipsisq legitime serviebant, Jam
ex nunc Rndis Andreae Lipski Scholastico, Lucae Dambski et Andreae Lukomski Cano
Cracovien tanquam Exequutoribꝰ Vltimae Voluntatis pdicti olim Illmi et Rndmi Dni Epi
Cracovien et hoc satisfacien Vltimae Voluntati eiusdem Dni Epi Cracovien iam ex nunc
cesserunt et condescenderunt prout cedunt et condescendunt, pntibꝰ perpetuo omneq et in-
tegrum ius pfatarum Coniugum suarum eisdem ad praemissa omnia serviens in eosdem Exe
cutores Vltimae voluntatis Suprascripti Dni Epi Cracovien et eorum Succores totaliter
et plenarie transfuderunt transtulerunt, et incorporaverunt prout transfundunt trans
Coram eodem Judicio comparens personaliter Nobilis Gaspar Lazynski olim Nob. Matthiæ Lazynski filius legitimus habens annos perfectæ ætatis et discretionis sibi per S. R. Mtem adiudicatos Recedendo quoad actum hunc a foro, iure, et iurisdictione sua quauis propria et competenti, et sese foro et iuri ac Jurisdictioni præsenti Ciuili Cracouien incorporando et subyciendo, palam vltro libereq recognouit, ac per expressum prolatis verbis diserte fassus est. Se bona omnia mobilia et immobilia hic sub iurisdictione Ciuili Cracouien existentia a minimo ad maximum nullis omnino exceptis vel exclusis tam eorum quorum nunc notitiã habet, vel quæ deinceps innotescere possent, ad se recognoscentem post obitum olim Nobilis ac honestæ Vrsulæ Nob. Sebastiani Montilupi Consortis legitimæ et egregy Alberti Baza medicinæ Doctoris Materteræ et auunculi sui iure diuino, naturaliq ac legitimæ Successionis titulo deuoluta et spectantia, specificè vero Sortes et partes domus lapideæ in platea S. Joannis accidentaliter penes Famati Jacobi Locek Ciuis Cracouien domum lapideam sitæ sese recognoscẽ ex eadem Successione concernentes vero, puro, mero, perpetuo hæreditario, irreuocabiliq cessionis et condescensionis titulo cessisse et condescendisse, præsentibusq ex nunc et de facto cedere et condescendere Nob: Sigismundo Lazynski Fratri suo germano, Cum omni iure Dominio proprietate et propinquitate quodcunq sibi ad eadem bona omnia hactenus vsq competebat vel deinceps competere posset. Nihil iuris Dominy proprietatis, propinquitatis vsufructus et possessionis sibi hæredibus ac Successoribq suis quibusuis ad eadẽ bona amplius et in posterum reseruando verum id omne ac vniuersum in eundem Sigismundum Lazynski fratrem suum hæredesq et Successores ipsius omnes ex nunc et de facto plenissimè efficacissimeq transfundendo et transferendo. Recognoscens claris ac disertis verbis sibi pro eiusmodi bonis sese ex successione supratacta concernentibq a prænominato Sigismundo Lazynski fre suo satisfactum esse in toto et ad plenum. De qua eiusmodi plenaria et sufficienti satisfactione eundem Sigismundum Lazynski frem suum Successoresq ipsius omnes vigore pñtium solenniter ac perpetuo quietauit. Et constituit plenipotentem suum Honoratum Seniorem Scabinu Cracouien quoad bona immobilia resignanda eadẽ in persona pñominati Sigismundi Lazynski Fris sui idq in proxo exposito bannito iudicio hic Cracouiæ celebrando aut alias quandocunq id ipsum expetiuerit, habereq voluerit, ac commodum opportunumq sibi fore existimauerit. Ad præstandaq alia omnia et singula de iure et consuetudine circa eiusmodi actus fieri solita et necessaria in forma commissi mandati plenissima. Postremo idem Nob: Gaspar, Lazynski dicto Nobili Sigismundo Lazynski Fratri suo cavit, seque seque ipsi super omnibus bonis mobilibus et immobilibus ubicunque locorum habitis et habendis modis quibus de iure fieri potuit firmissimis inscripsit et obligavit, quod ipsum occasione bonorum suprarecensitorum ipsi ad praesens per se etiam praemissum est abcessorum ab omni quarumcunque personarum cuiuscunque status sexque et conditionis existentium impetitione molestatione et praepedimento suis propriis sumptibus et impensis ad primam ipsius Iuridicam requisitionem tueri evincere intercedere eliberare indemnemque omnino reddere tenebitur eritque adstrictus iuxta cursum et observantiam iuris Maydeburgensis omni iuris et facti exceptione penitus semota et exclusa. Locus Sigilli

Ex protocollo Actorum Scabinalium
Cracoviensium desumptum

Actum in Iudicio opportune bannito Civili Cracoviensi Feria 6 pridie festi S. Priscae Anno Domini Millesimo quingentesimo Nonagesimo septimo

Coram eodem Iudicio comparens personaliter Nobilis Sigismundus Lazinski de Lazin recedendo quoad actum hunc a foro iure et iurisdictione sua quavis propria et competenti ac sese foro iuri et iurisdictioni praesenti Civili Cracoviensi incorporando et subiciendo palam ultro libereque recognovit, ac per expressum prolatis verbis diserte fassus est. Se sortes et partes suas omnes domus lapideae hic Cracoviae in platea S. Ioannis acialiter penes Famati Iacobi Lorek Civis Cracoviensis domum lapideam sitae quarum aliae ad se post obitum olim Nobilis ac honestae Ursulae Nobilis Sebastiani Montelupi Consortis Materterae suae Recognoscentis et egregii olim Alberti Baza Medicinae Doctoris avunculi sui iure divino naturalique ac legitimae Successionis titulo devolutae erant reliquae vero a Cohaeredibus suis ut pote a Nobili Anna Boremska et Zophia Zaleska Sororibus suis iuxta acta Consularia Oppidi Kętii feria quinta ante Festum S. Luciae Anno 1596 et a nobili Gasparo Lazinski Fratre suo vigore inscriptionis actis Scabinalibus Cracoviensibus feria quarta post Epiphaniarum Domini proxima Anno Currenti contentae una cum aliis bonis ipsos ex Successione suprascripta concernentibus sibi abcessae erant. Eas itaque tantummodo Sortes et partes domus antedictae omnes et singulas se vendidisse abcessisse praesentibusque exnunc et de facto, vero, puro, mero, perpetuo haereditario irrevocabilique venditionis, abcessionis et condescensionis titulo vendere abscedere et condescendere Nobili Valerio Montilupi eiusque legitimis haeredibus et Successoribus pro summa duorum millium florenorum polonicalium cum omni iure Dominio haereditate, proprietate et propinquitate quodcunque sibi vigore iuris sui haereditarii atque acquisiti a suprascriptis Cohaeredibus suis vel alio quovis modo et ratione ad Sortes omnes domus suprarecensitae hactenus usque competebat Necnon cum omnibus earundem sortium attinentiis pertinentiis et circumferentiis. Nihil Iuris Dominii haereditatis proprietatis propinquitatis ususfructus et possessionis sibi haeredibus ac Successoribus suis quibusvis ad easdem sortes et partes ad praesens venditas amplius et in posterum reservando. Verum id omne et universum in praenominatum Valerium Montilupi Emptorem haeredesque et Successores ipsius omnes exnunc et de facto plenissime efficacissimeque transfundendo et transferendo. Recognoscens Claris ac disertis verbis sibi pro eisdem sortibus omnibus iureque suo universo ad easdem hucusque habito a praenominato Valerio Montilupi Emptore in praescriptis duobus millibus florenis satisfactum esse in toto et ad plenum de qua eiusmodi plenaria et sufficienti satisfactione eundem Valerium Montilupi Emptorem et Successo

Ipsius omnes vigore praesentium solenniter ac perpetuo quietavit. Et constituit plenipotentem suum Honoratum Scabinum Cracovien. penes honoratum Seniorem Scabinum Cracovien. residentem ad suscipiendam resignationem sortium sibi abscessarum in personam suam recognoscentis Et rursus Honoratum Seniorem Scabinum Cracoviensem ad resignandas easdem et suas haereditarias totumque et universum ius suprascriptum ad praesens venditum in personam memorati Valerij Montilupi idque in proxime exposito bannito Iudicio hic Cracoviae celebrando aut alias quandocunque idipsum idem Emptor expetiverit habereque voluerit, ac commodum opportunumque ipsi visum fuerit adpraestandaque alia omnia et singula de iure et consuetudine circa eiusmodi actus fieri solita et necessaria in forma commissi mandati plenissima. Postremo idem Nobilis Sigismundus Łazinski supradicto Valerio Montilupi emptori cavit seque ipsi in et super omnibus bonis suis mobilibus et immobilibus ubicunque locorum et sub quacunque iurisdictione consistentibus nunc habitis et in posterum habendis modis quibus de iure fieri potuit firmissime inscripsit et obligavit, Quod ipsum occasione sortium domus supratactae ipsi ad praesens per se uti praemissum est venditarum ab omni quarumcunque personarum cuiuscunque status sexus et conditionis existentium impetitione molestatione et praepedimento suis proprijs sumptibus et impensis tueri evincere intercedere eliberare indemnemque omnino reddere ad primam ipsius iuridicam requisitionem tenebitur eritque adstrictus toties quoties opus fuerit necessitasque expostulaverit praescriptione quavis non obstante omnique denique iuris et facti exceptione ac tergiversatione quavis penitus semota et exclusa

locus Sigilli

Ex protocollo Actorum Scabinalium
Cracovien. des

Comparens personaliter coram Officio Actisque praesentibus Castren. Capitaneal. Cracovien. Nobilis Sigismundus Łazinski de Łazin A terris districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedens Se vero cum bonis omnibus Successoribusque suis Iurisdictioni Officij praesentis Castren. Capitaneal. Cracovien. quoad Actum praesentem attinet totaliter incorporans et subijciendo palam libere et per expressum recognovit. Quia quemadmodum idem Nobilis Sigismundus Łazinski recognoscens Sortes et partes suas omnes domus lapideae hic Cracoviae in platea S. Ioannis acaliter penes famati Iacobi Łoiek Civis Cracovien. domum lapideam sitae quarum aliae ad se recognoscentem post obitum olim Nobilis ac honestae Ursulae Nobilis Sebastiani Montilupi consortis Materte se regno et egregij olim Alberti Baza Medicinae Doctoris avunculi sui iure divino naturali ac ultimae Successionis titulo devolutae erant reliquae vero a Cohaeredibus suis ut pote a Nobilibus Anna Porembska et Sophia Zaleska Sororibus suis iuxta acta consularia oppidi Kenty et a Nobili Gasparo Łazinski Fratre suo vigore inscriptionis coram Actis Scabinalibus Cracovien. Anno praesenti inscriptae una cum alijs bonis ipsius ex Successione suprascripta concernentibus ipsi recognoscenti abscessae erant modo venditorio et perpetuo Nobili Valeriano Montelupi et eius legitimis Successoribus pro Summa Octingentorum florenorum pecuniae polonicalis cum omnibus earundem Sortium pertinentijs Utilitatibus ac attinentijs universis coram Iudicio bannito Civili Crac. ex actu Cracovien. feria 6 pridie festi S. Priscae Virginis proxime praeterita videlicet die hesterna inscripsit et resignavit, prout eadem inscriptio Civilis latius in suo tenore canit. Itaque idem Recognoscens Nobilis Sigismundus Łazinski se et suos Successores de et super bonis suis omnibus mobilibus et immobilibus haereditarijs et obligatorijs Summisque pecuniarum habitis et habendis praedicto Nobili Valeriano Montelupi et ipsius legitimis Successoribus inscribit et obligat praesentibus dictum Nobilem Valerianum Montelupi et ipsius Successores in bonis praedictis resignatis et ratione eorundem ab omni impetitione iuridica in omni Iudicio et Officio Regni tam Civili quam Terrestri et Castren. et alio quovis Regni toties quoties opus fuerit tueri deffendere et intercedere evincere Nec non bona praenominata omni modo praemisso resignata tam in parte quam in toto ab omnibus iuribus et inscriptionibus prioribus et posterioribus tam etiam a quibusvis cessionibus importatis et importandis Lucris denique et perlucris accessibus iuris quibusvis in quocunque puncto et gradu iuris dependentibus in eisque bonis obtentis et obtinendis emundare et eliberare ita ut eadem bona modo praemisso resignata tam in parte quam in toto idem Valerianus Montelupi suis cum Successoribus quiete et pacifice praesentis suae inscriptionis vigore possidere queat. Nec debet praedictus recognoscens Sigismundus Łazinski suis cum Successoribus Intromissionem cum possessione in bonis praefatis eidem Montelupi aut eius Successoribus denegare imo tenebitur eandem affectualiter dare et admittere, Latiusque et ampla

+

quovis modo per se et per suas quasvis submissas et subordinatas personas non praepedire nec adimere et in praenominatis bonis eundem vel illius Successores tam in toto quam in parte non iniuriari. idque sub vadio Octingentorum florenorum pecuniae polonicae ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto per praefatum Nobilem Sigismundum Lazynski recognoscentem vel ipsius Successores eidem Nobili Valeriano Montelupi et ipsius Successoribus toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo pro quo quidem Vadio praefato taliter ad solvendum succubito. ac re ipsa principali complendo praemissis omnibus citatus existens Nobilis Sigismundus Lazinski recognoscens vel ipsius Successores citati ad Instantiam praefati Nobilis Valeriani Montelupi aut ipsius Successorum ad Officium praesens Castren. Capit. Cracovien. extunc receden. et supra a terris dictibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus se vero cum bonis suprascriptis omnibus Successoribusque suis Jurisdictioni Officij praesentis Castren. Capit. Cracovien. quoad inscriptionem praesenti in toto satisfaciendum incorporando In primo citationis termino tanquam peremptorio stare parere pro vadioque praefato ac re ipsa principali ysque pro quibus citabitur toties quoties opus fuerit, satisfacere debebit et tenebitur seque ac possessores suos obligat. Eundemque primum peremptorium terminum et alios omnes consequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios ultra infirmitate pro maiori minorennitate Successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimen. vel alijs quibuscunque legalibus impedimentis et dilationibus non differen. ad quietationem ultra spatium duarum septimanarum Officij praesentis Castren. Capit. Cracovien. dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia plenis simplicibus vel triplicatis evasionibus fatalibus Juris proscriptione terrae bello conventionibus et alijs quibusvis iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, hac sua praesente recognitione mediante

Actum in Castro Cracovien. sabbatho ipso die festi S. Priscae Virginis Anno Domini Millesimo Quingentesimo Nonagesimo septimo

---

Actum feria sexta ipso die Sancti Valentini Anno Domini Millesimo 597

Coram officio Consulari Cracovien. Comparens personaliter Generosus Petrus Palczowski de Brzeznica recedendo quoad Actum hunc a foro iure, et Jurisdictione sua quavis propria et competenti et sese foro iuri et iurisdictioni praesenti Civili Cracovien. incorporando et subijciendo palam ultro libereque recognovit ac per expressum prolatis verbis diserte fassus est, se omnia bona mobilia et immobilia sub iurisdictione Civili Cracovien. existentia post obitum olim Nobilis et honestae Ursulae Nobilis Sebastiani Montelupi Consortis et Egregij Alberti Baza Medicinae Doctoris ad Nobilem Elisabetham Lazinska devoluta sibique Resignata per eandem Nobilem Elisabetham Lazinska iuxta Acta Scabinalia Craco: feria quarta post festum Epiphaniarum Domini proxima Anno 1597 a se scripta a minimo ad maximum nullis omnino exceptis vel exclusis, vero puro mero perpetuo haereditario irrevocabilique cessionis et condescensionis titulo cessisse et condescendisse praesentibusque ex nunc et de facto cedere et condescendere Nob: Valerio Montelupi. Cum omni iure, dominio, proprietate et propinquitate quodcunque sibi ad eadem bona omnia mobilia et immobilia hactenus usque competebat, cumque omnibus cessionis contractu punctis Clausulis Articulis et Conditionibus. Nihil iuris Dominij et proprietatis propinquitatis usus fructus, et processionis sibi haeredibus ac Successoribus suis quibusvis ad eadem bona omnia amplius et in posterum reservando Verum id omne et universum in eundem Valerium Montelupi Cessionarium suum haeredesque et Successores ipsius omnes exnunc et de facto plenissime efficacissimeque transfundendo et transferendo Recognoscens claris ac disertis verbis sibi pro eisdem bonis omnibus et singulis a praenominato Valerio Montelupi Cessionario suo satisfactum esse in toto et ad plenum, De qua eiusmodi plenaria et sufficienti satisfactione eundem Valerium Montelupi Cessionarium suum haeredesque et Successores ipsius omnes vigore praesentium solenniter ac perpetuo quietavit. Et constituit plenipotentem suum Honoratum Scabinum Cracovien. penes honoratum Seniorem Scabinum Cracovien. in iudicio exposito bannito residentem ad suscipiendam resignationem bonorum immobilium sese ex cessione suprascripta concernentium in personam suam Et rursus honoratum Seniorem Scabinum Cracovien. ad resignandum eadem in personam eiusdem Valerij Montelupi Cessionarij sui Idque in proximo bannito exposito Judicio hic Cracoviae celebrando aut alias quando

Quandocunq id ipsum idem Cessionarius expetiuerit, haberiq voluerit ac commodum opportunumq sibi fore existimauerit, ad praestandaq alia omnia et singula de iure et consuetudine circa eiusmodi actus fieri solita et necessaria in forma commissi mandati plenissima. Postremo idem Gnoss Petrus Palczowski dicto Domino Valerio Montilupi Cessionario suo cauit, seq ipsi in et super omnibus et singulis bonis suis mobilibus et immobilibus vbicunq locorum et sub quacunq Iurisditione consistentibus habitis et habendis modis quibus de iure fieri potuit firmissimis inscripsit et obligauit, Quod ipsum occasione bonorum omnium per se ad praesens ipsi vti praemissum est a se cessorum ab omni quarumcunq personarum cuiuscunq status sexus et conditionis existentium, impetitione, molestatione et impedimento, suis proprijs sumptibus et impensis ad primam ipsius Iuridicam requisitionem tueri euincere intercedere et liberare, indemnemq omnino reddere tenebitur eritq astrictus iuxta cursum et obseruantiam Iuris Magdeburgen, omni iuris et facti exceptione ac tergiuersatione quauis penitus semota et exclusa   Ex protocollo Actorum Consu: Cracouiensis

Locus Sigilli

Actum in Praetorio Cracouien feria 6ta post Festum S. Francisci Confessoris proxa Anno Dno Millesimo Sexcentesimo Vndecimo

Coram Officio Cons. Cracouien comparens personaliter Gnoss Hieronimus Gaiowski recedendo quo ad hunc Actum foro iure et iurisdictione sua propria et competen. seq Iurisdoni ciuili Crac. cum bonis suis infrascriptis in illa existen. incorporans subijciendoq palam vltro libereq recognouit ac per expressum prolatis verbis fassus est. Se a spectabili Senatu Ciuitatis huius tanquam Supremis Prouisoribus hospitalis S. Sebastiani et Rochi Summam quadringentorum et quinquaginta florenorum Polonicalium per spectabilem Dnum Hieronimum Belza Consulem Cracouiensem in vim exonerationis lapideae suae quae in platea Slawcowiensi consistit, die hodierna repositum realiterq atque in effectu, percepisse ac numerasse pro quaquidem 450 fl. Summa domum suam lapideam Crac. in platea S. Ioannis inter honorati olim Mathiae Crecrotka ab vna et Stanislai Cyrus haeredum parte ab altera lapideas consistentem ex antiquo Kromffeltowska appellatam se recognoscente Vigore emptionis in Actis praesentibus Cons. sub data feria Tertia ipso die S. Priscae Virginis anno Currenti 1611 contentae concernentem mundam et liberam neq vnquam per se vel etiam Antecessores suos (pro quo idem sub omni bonorum suorum immobilium et mobilium iurisdoni cuicunq subiectorum habitorum habendorumq hippoteca per praesentes cauet) aliquo modo oneratam ex nunc et de facto eidem spectabili Senatui Cracouien, vendere (in vim tamen reemptionis alias na Wyderka) vna cum Censu Similiter reemptionali flor. Vigenti duorum cum medio, per se recognoscentem haeredesq suos vel etiam praedictae lapideae quouis modo possessores quotannis per infrascriptas ratas Vlt pro festo S. Paschatis primam in anno imminenti 1612 ratam incipiens et S. Michaelis Archangeli per floren. Vndecim et gr. septem cum medio ad manus DD. hospitalis praenotati Prouisorum tunc et pro tempore existentium mediante manuali ipsorum quietatione, pendendo seu soluendo et ita consequenter de Anno in Annum quoad praetacta Capitalis floren. 450 polon. Summa in ijsdem bonis suis habent fixa Quodsi vero praememoratus Gnoss Hier. Gaiowski Recognoscens aut illius Successores vel dictae domus lapideae Possessores solutionem talem Censuum pro aliqua ratha neglexerint, extunc eidem Senatui plenam et absolutam per praesentes confert potestatem in defecta solutionis Censuum omnes insimul Iuridicos possessionis gradus vna cum occlusione in praefatam lapideam Officij Aduocatialis Crac: adminiculo se Venditore moderno vel Successoribus suis non citatis apprehendere eamq vti sua propria bona possidere ac omnes Census exinde percipere tantisper quoad illi in Censibus retentis et insimul in Summa Capitali reempti totaliter et effectualiter satisfactum fuerit Insuper idem ipse modernus Recognoscens se suosq haeredes et successores seu verius lapideae praetactae quicunq illi fuerit possessores obligat atq sub Hipoteca omnium Singulorumq bonorum bona

Vbicunq extantium habitorum et habendorum inscribit qd eundem spectabilem Senatum Cracovien, ab omnibg exactionibg antiquis et nouiter ex quauis Reipub. necessitate per Sacram Mtem Regiam vel comitia Regni impositis et imponend expeditione item bellica et in vniversum ab omnibg impedimentis ac oneribg durante hac in bonis suis Capli reempti et Censuum Summa Semper ac vbiq tueri, euincere, eliberare se ipsumq interponere et eiusmodi onera in se suscipere tenebitur ad quod in toto Successores suos oes obligatos esse vult, Quod si vo sive ipse sive Successores sui hoc facere neglexerint ex tunc prout ex nunc Summam ptactam 450 flo: hodie acceptam integre restituere vnaq Censum tempori correspondentem soluere dd. Emptoribg tenebuntur Deniq spredictus Venditor sese in bonis vti praemissum est suis omnibg vbicunq existentibg Simulq Successores suos vel huig lapidea Possessores obligat quod contra psentem obligationem nullis vtentur nec vti poterint, dillationibg appellaonibg exceptionibg Jurisq et facti beneficiys, libertatibg publicis et priuatis mandatorum vel Salui conductus literis quoquo modo impetratis et impetrandis ac nullis omnino remedys vel euasionibg praesidysq Juridicis et in Juridicis humana industria vel acu mentis excogitatis vel excogitandis Quinimo quidquid per se vel Succores suos aduersus psentem Venditionem reempt in aliquibg punctis et conditionibg attentatum fuerit id totum irritum ac inane esse debebit, Non secus ac si id ipsum per decretum S. Mtis Regiae amputatum fuerit, Casibg saltem fortuitis sed Notabilibg (quos Deg auertat) exceptis qui si euenerint, Arbitri ex vtraq parte electi quod iuris aequitatisq erit decernent. Quando autem spius nominatus Dng Hieronimg Gacowski vel Succores illig Censum hunc redimere voluerint Sex ante mensibg Spectabilibg Dnis Proconsuli et Consulibg Cracovien idipsum denunciare tenebuntur. Et in termino incidente Summam cum Censibg reponere debebunt qui videlicet Dni Consules accepta tunc Summa Capli cum Censibg de ea quietare atq Lapideam ex hoc obligationis Vinculo liberam perpetuo mittere et eandem Summam in alia munda liberaq bona transferre erunt adstricti. alias in forma Inscrionis reemptis solita

Ex Actis Officy Consularis Cracovien descriptum. Locg Sigilli

---

Actum Feria quinta pridie Circumcisionis Dni Anno eiusde Millesimo Sexcentesimo Nono

Coram offo Consulari Cracovien Comparens personalr Nobilis Valerianq Montelupi receden quoad Actum hunc a foro suo et Jurisdone sua quauis propria et competenti receden, ac sese foro Juri et Jurisdoni psenti Ciuili Cracovien incorporan et subycien palam vltro libereq recognouit ac per expressum fassus est. Quia ipse suae et suorum animae vtilitati consulere cupien ac ex facultatibg sibi ex immensa Dei Clementia et benignitate largitis in laude eiusde Maiestatis diuinae aliquid impertiri volens Zelo pietatis et Charitate proxi ductus mercedem Sempiternam [illegible] pram Domum suam lapideam totum et integram neminiq antea obligatam hic Cracouiae in platea S. Joannis acatr penes domum lapideam Zaykowska appellatam sitam Cuig certae sortes sibi Recognitae partim per Nobilem Sigismundum Lazinski etc. etc. in Judicio opportune bannito Ciuili Cracovien feria 6. pridie festi S. Prisce Anno Dni 1597 ac tandem per praefatum Lazinski Act Castren Capl Cracovien Donationibg in Scriptg Vna qo Sabatho ipso die festi S. Prisce Virg: Anno eode 1597 Altera sabbatho post Festum S. Valentini Martyris proxo Anno itide eode Sunt sibi regnitae venditiones inscriptae partim per Gnosum Petrum Palczowski de Brzeznica iuxta acta Cons. Craco. de Actu feria 6 ipso die S. Valentini Anno eode 1597 vero puro irreuocabiliq cessionis titulo sunt cessae vero puro, perpetuo irreuocabiliq donationis titulo dedit, donauit, fundauitq prout ex nunc et de facto dat, donat, fundatq Religiosis Fribg Regulae B. Joannis Dei vtpote Fri Melchiori Bonauenturae Sacerdoti pro tempore per Poloniam eiusde Cntg Priori totiq Cntui eiusdem Regulae nunc et pro tpe exti pro Hspli Curandorum Infirmorum dummodo non sint incurabiles aut morbo contagioso: Secundu Professionem dictae Religionis. Cum omni iure Dominio, haereditate proprietate possessione Vsufructu attinent pertinent cohaerenq quodcunq sibi ad domum supra recensitam hactenq vsq competebat Nihil nihilo Juris Dominy, proprietatis, haereditatisq ac propinquitat praemissorumq oium et Singulorum sibi haeredibg ac Succoribg suis quibusuis ad eandem domum ad praesens per se donatam amplius et in posterum reseruando Verum id omne ac vniversum ius suum in pnominatum Melchiorem Bonauenturam Sacerdotem Priorem, nunc et pro tpe existentem totumq eig Conuentum ex nunc et de facto plenissime transfunden et efficacissime transferen Et constituit Plenipotentem suu Hono-

Honoratum Dnum Iuniorem Scabinum penes Seniorem Scabinum Cracouiensem residentem ad suscipiendam resignationem domus ad praesens per se donatae in personam suam Recognoscentis Et rursus Honoratum Dnum Seniorem Scabinum Cracouien ad resignaonem pfatam totam lapideam totumque Ius ac Vniuersum ad praesens donatum in persona memorati Religiosi Melchioris Bonauenturae Prioris et totum Conuentum eiusdem regulae nunc et pro tempore existente idque in proximo expost Iudicio bannito celebrando vel remotiori aut alias quandocunque idem Donatarius Melchior Bonauentura vna cum suo Conuentu pfato voluerit ad pstandum alia omnia et singula de Iure et consuetudine circa eiusmodi actus resignaonum fieri et obseruari solita et necessaria in forma commissi mandati plenissima Quam eiusmodi donationis Inscriptionem Offm pfatum Consulare Iurisdictione sua salua ad acta Officii sui suscepit. Ex Actis Consularibus Caco [illegible] locus Sigilli

---

Actum in Prætorio Cracouien feria tertia ipso die S. Priscæ Virginis Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Vndecimo

Comparentes personaliter coram Offo Consulari Cracouien Famatus Ioannes Tylis Epiphiarius Ciuis Clepardiensis et honesta Dorothea Coniuges legitimi Maritus quidem per se Vxor vero per Spectabilem Dnum Ludouicum Cromer, Consul. Cracouien consensu pfati Mariti sui accedente assumptum et officiose approbatum Tutorem palam vltro libere publiceque recognouerunt et verbis expressis fassi sunt. Se domum suam lapideam totam et integram Cracouiae in platea S. Ioannis inter Honorati Matthiae Czecrotka I.S.M. CC. Scabini ab vna et Stanislai Cyrus haeredum domos lapideas parte ab altera sitam eamque mundam, liberam, et nemini antea neque per se neque per Antecessores suos (pro quo solenniter sub hipotheca omnium et singulorum bonorum suorum Mobilium et immobilium nunc habitorum et inposterum habendorum cauent, obligatam, aut oneratam ex antiquo Krompheltowska nuncupatam ad se Recognoscentes vigore Emptionis in Actis Cons. Cracouien sub actu et data feria quinta ante festum Martini E. Ponti. Proxa Anno Dni 1607 contentae sibi per Gnosum Iacobum Gotecki haerede in Gotesz factae spectantem et concernen vero puro mero, perpetuo, haereditario irreuocabilique Venditionis abscessionis et condescensionis titulo vendere et abscedere condescendere in realemque ac effectualem possessionem ex nunc et de facto tradere Gnoso Dno Hieronimo Sarowski haeredibusque et Successoribus ipsius legitimis idque pro summa floren. mille et quingentorum Polonicalium per gr. Triginta quemlibet computando cum omni Iure Dominio proprietate propinquitate haereditate Vsufructu et Possessione fundo aedificiis, structuris, attinentiis et pertinentiis Vniuersis ita vt late longe et circumferentialiter prout eadem domus lapidea suis in metis ex antiquo dislimitata existit et quemadmodum ipsimet Recognoscentes hactenus tenuerunt, habuerunt et possederunt, nihil ibidem pfati Iuris Dominii proprietatis propinquitatis haereditatis vsusfructus ac possessionis sibi Successoribus suis amplius et in posterum reseruando seu excipiendo verum illud omne ac Vniuersum ius suum quodcunque sibi hactenus ad pmissa bona competebat, in eundem Gnosum Dnum Emptorem suum eiusque legitimos Successores plenissime efficacissimeque transfundendo et transferendo. Ad habendum tenendum possidendum. Vtendum fruendum donandum dandum commutandum alienandum et resignandum in aliosque beneplacitos vsus secure et tranquille conuertendum Recognoscentes claris ac disertis verbis sibi a pfato Dno Emptore suo in praerecensita fl. 1500 polon. precio realiter ab eodem percepto sufficienter satis factum esse, de qua tali satisfactione sibi pstita eundem Emptorem suum cum Successoribus perpetuo quietauerunt. Et ad res-

Ad resignandum eandem domum lapideam iidem Venditores constituerunt, in Plenipotentes suos inprimis Dnum Iuniorem Scabinum Cracoviensem penes honoratum Seniorem Scabinum in Iudicio exposito bannito residen. ad suscipiendam loco sui praetactae domus lapideae si et inquantum opus fuerit, resignationem Deinde eundem Honoratum Dnum Seniorem Scabinum Cracoviensem in Iudicio exposito bannito proximo vel remotiore praesidentem ad resignandam eandem in personam et hereditatem perpetuam eiusdem Emptoris Adhibitis omnibus circa tales resignationum Actus fieri solitis solennitatibus Caventes denique seque manu coniuncta et divisa unusque pro altero cavendo firmissime inscribentes et obligantes quod ex parte supradescriptae domus lapideae per se ad praesens praedicto Hieronimo Gaiowski venditae sint eundem una cum successoribus illius et ab omni et qualibet omnium personarum impetitione, molestatione et praepedimento toties quoties opus fuerit, suis propriis sumptibus et impensis praescriptione quavis minime obstante, ad primam sui requisitionem coram quocunque officio Iudicio et Magistratu tuituri evicturi intercessuri eliberaturi indemnemque reddituri Eandem Evictionis inscriptionem assecurando super bonis suis generaliter omnibus et singulis mobilibus et immobilibus sub quacunque Iurisdictione consistentibus habitis et in posterum habendis sub omnibus Iuridicis possessionis gradibus. simul et semel in bona talia Venditorum ab Officio illius Iurisdictionis cui bona sunt subiacere dignoscentur peremptorie in defectu evictionis se ipsis etiam correquisitis obtinendum cum usufructu eorundem bonorum liberorum ad sufficientem sui intercessionem seu evictionem praestandam Quae quidem Venditio ad acta praesentia suscepta et ingrossata est vim debitae firmitatis habitura Salvis tamen in toto oneribus tam Civilibus quam etiam Regalibus ex eadem praescripta domo lapidea provenientibus tum et Iurisdictione Civili permanentibus.

Locus Sigilli Ex Act. Officii Consul. Cracovien.

descriptum

Actum in Iudicio Scabinali Cracovien. opportuno bannito feria 6 post Festum divisionis Ss. Aplorum Dni Proxima Anno Millesimo Sexcentesimo Vigesimo 6to

In hoc Iudicio bannito opportuno personaliter existens Gnosus Dnus Ioannes Schilkra Trzebinski haeres in Trzebinia etc. cum assistentia Nobilis Ioannis Lopeski Ferendarii sui agens oblata minuta Venditionis domus totius lapideae Cracoviae in platea S. Ioannis inter antiquitus domum lapideam Honorati olim Mathiae Trzeciotka Iuris supremi Scabini Successorum ad praesens vero Sacelli S. Ursulae Virginis Monasterii B. Ioannis Dei ab una et Haeredum olim Famati Stanislai Cyru Civis Cracovien. domum lapideam parte ab altera consistentis per Nobilem Stanislaum Gaiowski Gnosi olim Hieronimi Gaiowski natu Seniorem filium suo et consuccessorum suorum quatuor ibidem de nomine specificatorum in personam suam (hoc est suprascripti Gnosi Dni Ioannis Schilkra Trzebinski) Avunculi sui pro summa duorum millium floren. polon. facta Ex protocollo Actorum Iudicii Scabinalis Cracovien. necessitatis causa Sabbatho ante Festum S. Margarethae Virginis hoc anno proxime praeterito banniti et celebrati in autentica forma deprompta eam publice legi curavit. Tandem vero ex contentis praememoratae Emptionis sibi (hoc est agenti moderno) servientis petiit se in eiusmodi bona tanquam iam sua haereditaria et propria Officio se introduci Ad cuius quaesitum Iudicium praesens Scabinale decrevit. Quandoquidem supranominatus Gnosus Dnus Ioannes Trzebinski autentice et lucide commonstrat, domum praefatam lapideam ad se legitimo Emptionis titulo spectare in eamque Iuridice intromitti petit Ea propter tanquam verus et proprietarius Dnus in talia bona per Offm aduocatiale Crac. Viceaduocatum Velt Iuratum et Familiam Officii propter realem et actualem possessionem consequendam introduci debet Dum vel quando hoc ipsum expetiverit de forma Iuris.

Eadem die peracto Iudicio

Ex Instantia Gnosi Dni Ioannis Schilkra Trzebinski Viceaduocatus Cracovien. Iuratus una cum familia officii descendens in domum lapideam Cracov. in platea S. Ioannis consistentem de situ seu limitibus supra expressam eundem ipsum Gnosum Dnum Ioannem Trzebinski tanquam verum Dnum ac haeredem lapideae praedictae introducens illi realem et actualem possessionem in praefatam domum lapideam, in iure per ipsum acquisito et sufficienter comprobato dedit et consignavit nemine impediente Eam autem Introductionem seu possessionem famato Stanislao Glabowicz Sartori Cracoviensi antea ibi manenti denunciavit Vigore decreti Scabinalis Cracovien. hodie lati Locus sigilli

Ex actis Iudi: Scab. Cracovi

Actum in Judicio necessitatis causa bannito Scabinali Cracovien. Sabbato ante Festum S. Margarethæ Virginis proxo Anno Dni 1626 legitime Celebrato

Comparens persliter coram Judicio Scabinali Cracovien. Nobilis Stan. Gaiowski Gnosi olim Hieronimi Gaiowski natu Senior filius annos perfectæ ætatis et discretionis habens approbando forum et Jurisdictionem præsentem, a suo autem proprio et competenti foro recedendo suo et nominibq Consuccessorum suorum nempe Nobilium Barbaræ Annæ Sophiæ et Andreæ Gaiowskich sororum et Fris sui Germanorum hucusq in Virginali Statu existentium vti tutor naturalis agens pro quorum rati habitione solenniter cavet. non compulsus nec coactus aut circumventus palam Vltro libereq recognovit quia ipse domum totam lapideam Cracoviæ in platea S. Joannis inter Honorati Matthiæ Czeczotka et Stanislai Cyrus domosq ab vtrinq sitj supramemorato olim Parenti suo ex vi Inscriptionis Venditoriæ ad Acta Consularia Cracoviensia de data feria 3tia ipso die festi S. Priscæ Anno Dni 1611 per Famatu Joanne Tylisz Ephippiarium Civem Clepardiensem et Dorotheæ Coniuges recognitæ Servient, morte autem eiusdem Parentis sui ad se vti vltimos Successores iure naturali hæreditarioq spectante Censu reemptionalj annuo a summa Capitali reemptionali florenorum quadringentorum quinquaginta Polonicalium perinde Parentis suum ad Acta eadem Consularia Cracovien. de data feria 6ta post Festum S. Francisci Conf. proxa Anno Dni 1611 Hospitali S. Sebastiani et Rochi inscripta proveniente oneratam de Cætero mundam liberam neminiq obligatam vero puroq ac hæreditario Venditionis suæ titulo Gnoso Dno Joanni Schylkra Trzebinski hæredi in Trzebina, Avunculo suo eiusq Successoribq pro summa duorum Millium florenorum Polonicalium includendo hic suprafatam Reemptionalem Summam florenorum quadringentorum quinquaginta Polonicalium vendit. Cum omni iure Dominio proprietate propinquitate hæreditate vsufructu et possessione, attinentijs pertinentijsq vniversis ita vti longe late et circumferentialiter quemadmodum eadem domus lapidea in suis metis ac limitibq ab antiquo distincta et dimensurata extitit et prout eandem Venditoris Parens Antecessoresq eius habuerunt, tenuerunt, et possederunt, Nihil amplius Juris Dominij proprietatis propinquitatis hæreditatis Vsusfructus aut possessionis in eadem domo lapidea pro se Cohæredibusq supranominatis ac Successoribq suis amplius et imposterum reservando

Excipiendo. Verum illud omne ac Vniversum Jus ad eandem domum lapideam hucusq sibi et Consuccessoribq suis supradictis serviens ex nunc et de facto plenissime efficacissimeq in personam supra commemorati Gnosi Dni Joannis Schylkra Trzebinski Emptoris sui Avunculi transfundendo et transferendo. Ad habendum tenendum vtendum fruendum possidendum dandum donandum Vendendum Alienandum commutandum resignandum in vtrisq Suos ac Successorum suorum quos noverit sibi Optime convertendum Recognovit claris ac disertis verbis sibi et consuccessoribus in persona sua pro eadem domo lapidea Jureq ipsius vniverso in prænominato duorum Millium florenorum Polonicalium pretio plenariam et sufficientem præstitam esse satisfactionem de qua plenaria et sufficienti sibi præstita satisfactione eundem Gnosum Dnum Joannem Schylkra Trzebinski Successoresq eius tenore præsentium solenniter ac perpetuo in amplissima quietissimaq quietationis forma quietavit, pro evictione autem omnimoda Casu impetitionis aut molestationis alicuius vndecunq et ex quacunq causa ratione huius ipsius domus lapideæ ad præsens nomine suo et aliorum consuccessorum suorum superius specificatorum venditæ a quibuscunq personis cuiuscunq illæ sint Status Sexus et conditionis oriundæ toties quoties opus fuerit nulla præscriptione etiam longissimi temporis obstante ad primam sui vel Consuccessorum suorum Juridicam sive extra Juridicam requisitionem suo proprio Venditoris et Consuccessorum suorum sumptu et impensis præstanda eidem emptori eiusq quibusvis Successoribq perpetuo cavet cum Evictionis obligationem super bonis suis omnibus habitis et habendis vbicunq locorum existentibq inscribit. Idq sub omnibq Juridicæ Intromissionis gradibus simul et semel in bona sua Recognoscentis Venditoris moderni omnia vbicunq apparentia in defectu evictionis modo præmisso per se Recognoscente præstandæ per eundem Emptorem obtinendis et consequendis. Supradictos autem Consuccessores suos Sorores et Frem dum adoleverint, et in statu perfecto constituti fuerint, ad approbandum hunc Actum Statuiturum se obligavit. Et constituit in suum Plenipotentem Honoratum Scabinum Seniorem Cracovien. in Judo Exposito bannito proxo vel remotiori præsidentem ad resignandam eandem domum lapideam inquantum opus fuerit, in personam supra commemorati Emptoris vel alias quandocunq eiusmodi resignatione obtinere habereq voluerit. ac commodius Opportunumq eam apprehendendi et consequendi illi visum fuerit ad præstandaq alia omnia et Singula Circa eiusmodi resignationum Actus fieri et observari solita et necessaria in forma Venditionis de Satisfactione quietationis et pro evictione cautionis plenissima perfectissimaq.

Qui quidem Actus Venditionis Salvis Juribq et Privilegijs Civitatis susceptus est

locq sigilli

Ex protocollo Actorum Judicij Scab. Cracovien. descript. Correct.

+

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Cracovien Gnosi Andreas Białobrzeski et Barbara Gaiowska olim Gnosi Hieronimi Gaiowski Wodka filia Coniuges legitimi Maritus per se Consors vero cum Consensu praesentan et assisten personali eiusdem Mariti sui Sani mente et corpore existentes. Recedendo a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus Se vero cum Successoribus et bonis suis omnibus Iurisdictioni Officii praesentis Castren Capitan Cracovien quoad Actum praesentem attinet totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere et per expressum recognoverunt et quilibet eorum suo pro interesse recognovit. Quia prout iidem Recognoscentes Gnosi Andreas Białobrzeski et Barbara Gaiowska Sortem lapideam certam in platea S. Ioannis Inter lapideam famati olim Stanislai Cyrus ex una et Hospitale S. Ursulae Conventus Bonifratellorum ex altera partibus consisten ab eadem Białobrzeska post praefatum olim parentem ipsius iure divino et naturali Successione devolutam Nobilibus Nicolao Georgio Samueli et Stanislao Trzebinskim pro Summa Trecentorum florenorum pecuniae polonicalis Coram Iudicio Scabinali Cracovien die hodierna vendiderunt et resignaverunt nec non de Iuribus suis sibi a Nobili Andrea Gaiowski ad eandem lapideam servien atque de Summa Trecentorum florenorum pecuniae polonicalis debiti super eadem lapidea per eundem Andream Gaiowski inscripti itidem coram eodem Iudicio Scabinali die hodierna abcesserunt, uti de hoc Acta eiusdem Iudicii latius de praemissis testantur. Ita iidem Recognoscentes Gnosi Andreas Białobrzeski et Barbara Gaiowska Coniuges se cum suis Successoribus de et super bonis suis omnibus et Summis pecuniariis habitis et habendis Suprascriptis Nobilibus Nicolao, Georgio, Samueli, et Stanislao Trzebinskim et eorum Successoribus inscribunt et obligant praesentibus ipsos et eorum Successores in dictis Sortibus lapideae praetactae venditae Iuribusque praetactis praesentibus abcessis et occasione eorundem bonorum praemissorumque omnium eundem ab omni impetitione Iuridica quarumcunque personarum Statusque, sexus, et conditionis, cuiusvis existentium per omnes praeemptiones Terrestres prout ad quamlibet personam Terrestris pertinet praesertim in omni Iudicio et officio Regni tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit, tueri defendere evincere et intercedere indemnesque ipsos et eorum Successores reddere ubilibet nec non Sortes praedictas venditas Iuraque desuper sibi servientia praemissaque omnia praesen abcessa ab omnibus Iuribus et Inscriptionibus Prioribus et posterioribus tum etiam a quibusvis Citationibus in eadem Sortes venditas iuraque desuper sibi servientia ac praemissa omnia praesentibus abcessa importat et importan Lucris denique et perlucris ac processibus Iuris quibusvis in eisdem Sortibus venditis Iuribus et de super sibi servien praemissisque omnibus, praesentibus abcessis obten vel obtinen in quocunque

+

gradu Iuris dependen emundare et eliberare mundaque et libera semper facere ita ut eadem Sortes lapideae praetactae vendit q. Iuraque de super sibi servientia praemissaque omnia praesentibus abcessa Suprascripti Nobiles Nicolaus, Georgius, Samuel et Stanislaus Trzebinscy suis cum Successoribus tam in toto quam in parte vigore inscriptionis praesentis venditae tenere et possidere queant temporibus perpetuis Nec debent praedicti Recognoscentes Gnosi Andreas Białobrzeski et Barbara Gaiowska suis cum Successoribus praedictis Nobilibus Nicolao, Georgio, Samueli, et Stanislao Trzebinskim et eorum Successoribus Intromissionem et possessionem in eisdem Sortibus venditis Iuraque desuper sibi servientia ac praemissa omnia praesentibus abcessa denegare Immo tenebuntur suis cum Successoribus eandem effectualiter tam in toto quam in parte dare et libere admittere datamque et admissam quovismodo tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non adimere nec impedire et in eisdem Sortibus venditis Iuribus desuper sibi servien ac praemissis omnibus praesentibus abcessis ipsos et eorum Successores tam in toto quam in quavis minima parte perpetuo non inquietare idque sub Vadio Sexcentorum florenorum pecun cors polonical monetae et numeri in Regno current floren quemlibet grossos Triginta Polon computando per praedictos Recognoscentes Gnosos Andream Białobrzeski et Barbaram Gaiowska et eorum Successores praefatis Nobilibus Nicolao Georgio Samueli et Stanislao Trzebinskim et eorum Successoribus ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumben, pro quo quidem Vadio praefato taliter ad solvendum Succubuit ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complen nihilominus praemissis, Cuncti existentes memorati Recogn Gn Andreas Białobrzeski et Barbara Gaiowska vel eorum Successores citati ad instantiam Suprascriptorum Nobilium Nicolai Georgii Samuelis et Stanislai Trzebinskich vel eorum Successorum Ad officium praesens Castren Capit Cracovien extunc recedendo ut supra a Terris districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus Se vero cum Successoribus ac bonis suis omnibus Iurisdictioni Officii praesentis Castren Capitan Cracovien quoad respondendum et inscriptioni praesenti satisfaciendum plenarie incorporando in imo citationis termino tanquam peremptorio stare parere respondere pro Vadioque praefato ac re ipsa principali non completa pro qua citabuntur tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit satisfacere debebunt, et tenebuntur Seseque ac Posteros suos obligant ipsum primum peremptorium Terminum et alios omnes consequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate Successorum legatione intra vel extra Regnum Servitio militari ac ad munimenta vel aliis quibusvis legalibus impedimentis et dilationibus non differendo ad quietationem ultra spatium duarum septimanarum Officii praesentis Castren Capitan Cracovien dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes nec causae prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel Triplicatis Recognitionis fatalibus iuris, prohibitione Terrestri bello conventionesque et aliis quibusvis iuris remediis defensi

Et defensis non subterfugiend. præsenti inscrone ad præmissa mediante

Actum in Castro Cracouiensi Feria secunda post Festum S. Priscæ Virginis proxima Anno Dñi Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Secundo

Joannes Starski a Stara Vicesgerens et Iudex causarum Officij Cast. Cra. Cap. Loco sigilli Correxit Laski mp

Actum in Conuentu Deodicatarum Sanctimonialium Grodek antiquitus dicto in præsentia Nob. ac Hono. Aduocati et Scabinorum Cracouien. feria 6 post Festum S. Aegidij Abbatis proxa die 3 7bris Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Secundo

